EPIGRAMMATA
in
par lepidum
Agricolam & Hauptmanum *Chymiæ* & *Medicinæ* egregios *Deformatores*.

VAnida mirari ſeptem miracula mundi
Deſine; Nugarum grandius exit opus.
Quô ſeducta fuit vis certè immenſa virorum;
Unius *Agricolæ* condidit ingenium.
Quæ res mira magis; quæ fraus ſubtilior unquam
Eſſe queat, quam ſi ficta Chymia facit?

ἁρπαλέως καὶ ἁρπάγδην εἰς τοὺς τὰ κέρδη ἁρπα-
κτικῶς ἁρπάζοντας χυμικοὺς ἔγραψε.

JUDAS, Medicinam proditurus.

Aliud.

*A*Gricolæ *ex Auro, Stanno, reliquisq; metallis:*
Nunquam etiam è Mundo Spiritus Elicitus!
Jam qui ſacrârunt pomum ſub imagine Mundi,
Cum cruce ſignatum, & ſigna dedere Viro:
Num bene ſolertes, ſtudijq; animiq; fuerunt
Indagatores, Lector Amice, Viri?
Spiritui immundo Mundi bonus ille reſiſtit;
Cûi verò Mendax Spiritus Agricolæ?

conſpirat unà
PONTIUS PILATUS.

Aliud.

*A*Gricola è furnis; à Roſtris prodijt *Hauptman*;
Carbonarius ille; Hic Rabularius eſt:

 Ille